

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ignorancia e  
cum fonte primo

Cum  
nostram ignoranciam  
cognoscimus,  
leuius aliena onera toleramus.

Bene ergo per asinas, pigrum quidem  
animal sed tamen portandis oneribus  
deditum, simplices cogitationes  
accipimus, quia dum  
nostram plerumque ignorantiam  
cognoscimus,  
leuius onera aliena toleramus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1, 29  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.47, ll.11-  
14).

Nunquam Deus mentem deserit que in  
peccatis se ueraciter cognoscit.

Sed  
numquam Deus mentem deserit quae in  
peccatis se ueraciter agnoscit.

Gregorius libro I. moralium.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 22, 5  
(CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.1099,  
ll.52-53).